

DECISIONES.

Seu Diffinitiones

CAVSARVM PERVSINARVM
ET PROVINCIÆ VMBRIÆ,

IOSEPHO LVDOVICO AB ASSISIO I.V.D.
Perusia & Provincia Umbria Auditore generali, Auctore:

Nunc denuò in lucem editæ multò quam vnquam antea auctiores, & doctorum
aliquot virorum annotationibus locupletatæ.

*Opus hoc quidem in foro versantibus valde utile & fructuosum, in quo videlicet omnia
reperiuntur tradita, quæ ad praxim necessaria sunt.*

Cum Summariis & Argumentis vniuscuiusq; Decisionis, & Index rerum
& verborum locupletissimo.

per. v. 1732 f. 147.

PARS PRIMA ET SECVNDA.

E T

D
V
R
A
R
E
M
O
R
I,



N
O
N
P
E
R
I
R
E



LVGDVNI,
APVD CAROLVM PESNOT.

M. D. LXXXII.

Handwritten signature or mark at the bottom of the page.

IOSEPHVS LVDOVICVS

I. V. D. PERVSIAE ET VMBRIAE

AUDITOR.

BENEVOLO LECTORI S.



UNQUAM sanè fuit consilium meum, candide Lector, quicquam in lucem emittendi, nec enim tantum mihi tribuo, tantumque eruditionis arrogo, ut alios docere me posse profitear, atque immensam in iure nostro Commentationum copiam adeò excreuisse videbam, ut non paucæ opiniones, quæ superioribus seculis habitæ fuerint communes, nostris temporibus improbentur, atque Iurisperiti, in diuersas ac sæpe contrarias partes disputant, sibi que inuicem aduersantur, ut verum à falso, iustum ab iniusto discerni vix possit, ea præterea est nostrorum temporum iniquitas, atque improbitas, ut pro summo labore summisque vigiliis summa sæpe inuidia, summum etiam nonnunquam incommodum consequatur, quod maxime Pindarus conqueritur. abhorrebam quoque ab edendo, quòd sciebam minimè defuturos maleuolos obrectatores, qui quidem obiciant ex alienis laboribus magna ex parte hæc Decisiones compilatas esse, verum quanquam hæc aliàsque me ab editione dehortabantur, plures tamen apud me fuerunt quorundam rogationes, vel iussa potius, quorum auctoritati plurimum mihi tribuendum est, quamuis enim illud asserrem, quod sanè verissimum erat, eò me consilio has lucubrationes confecisse, ut futuros labores subleuant, non ut vquam ederentur, nihil tamen apud eos profeci. Itaque coactus, ne videret grauiussum ipsorum iudicium, summamque benevolentiam paruifacere, pollicitus sum aliquot me Perusinas Decisiones emissurum: ut si iuris studiosis peritisque viris non improbari eas perspexero, alteram deinde partem ipsarum audaciùs possim emittere, qui enim verecundiæ fines semel transierit, oportet eum bene, & nauiter esse impudentem, ut ait M. Tullius, neque verò quis existimet alienas me allegationes subtraxisse, ipsi enim excellentissimi Iurisperiti optimi testes erunt, nam & in paucis ex istis causis fuit per eos allegatù, & in quibus fuit, ut obiectionibus responderem, semper præstantissimorum Doctorum nomina posui. Vale. Perusis, pridie Idus Iunij, 1572.



GREGORIO XIII.
PONT. OPT. MAX.



IOSEPHVS LVDOVICVS ASI-
SIAS, PERVSIAE, ET VMBRIAE AVDI-
TOR, FELICITATEM.



IN *MAXIMA* atque communi totius Christiana Reip. letitia & gratulatione dabo mihi quoque hanc veniam, Beatiss. Pater, si & ego, quanquam ita à ceteris omnibus disto, ut vix aspirare ad te liceat: adiero, sanctissimos pedes tuos osculaturus: ac de celsissimo, caelesti dignitatu gradu, in quo nunc es collocatus, quo quidem secundum Deum nullus est maior: verè atq. ex animo gratulaturus, video nanque, mecumque magna quadam cum admiratione cogito, quantum sis bonum consecutus: quo & ceteris mortalibus praestus omnibus,

& proximè ad Deum accedis, neque verò tantum gratulor, quòd Pont. Maximus factus sis: quod aliis multis contigit: quantum, quòd ita factus, ut nesciam, an ulli unquam alij contigerit. quando enim aliàs auditum est, Amplissimos Ecclesiae Antistites altero die simul ad creandum summum Pontificem coactos esse, altero vero creasse? quod quidem perspicuum fuit diuinae voluntatis argumentum: cum enim optimus & clementissimus Deus sua semper Ecclesiae consuluerit: tum verò his turbulentissimis, ac periculosissimis temporibus clementiae, providentiaeq. iudicium dedit, cum immanissimus Turca perpetuus Christiani nominis hostis, victoria elatus, insolenter ingenti classe mari vagaretur, ditionique Christianae minitaretur. cum nanque Christianis Principibus immisit mentem, opera praesertim, & consilia P. II. V. Sanctiss. Pontif. in cuius tu locum felicissimis auspiciis suffectus es, ut, initia vana fiedere, & maxima comparata classe hostem sine concordissimè aggressi: eamque de eo reportauerint victoriam, qua nulla maior post hominum memoriam memoratur. cuius Pontifici vestigia te imitaturum, longèque maiora effecturum, boni omnes, totisque sperat Christianus orbis. in quo etiam Lucium I. Pont. Max. conciuem tuum imitaberis, cuius conatus omnes ad propellendos, ac prosligandos Christianorum hostes spectarunt. ac re vera in nunc est rerum status, atque occasio, ut nihil aliud curandum sit, quam ut hostis iste seuissimus, qui illud unum dies, ac noctes cogitat, illud unum studet, ut omnia in ditionem suam redigat, pellatur: ita ut nostris temporibus teque Pontifice, Euan-gelicum illud de uno Pastore, deque uno ovili verum appareat. atque te quidem talem antea cta, vita tua magni in rebus cum aliis in locis, tum verò Romae, quod est celeberrima

DECISIONVM CLARISS. DOCTISSIMIQUE IUR. VTRIVSQUE DOCTORIS.

DOMINI IOSEPHI LUDOVICI AB ASISIO, Perusii, & Umbriae Auditoris generalis.

PARS PRIMA.

CONTINENS SEXAGINTA PRACTICABILES CON-
TROVERSAS, seu quaestiones iudiciales ab ipso decisas, in frequentioribus materiis,
quae in praxi controversari solent.

DECISIO PRIMA.

SUMMARIUM.

- 1 **F**URIOSVS non habens dilucida interualla, etiam quod rite testatus fuerit, nisi probetur, quod tempore actus gestus erat sana mentis, eius testamentum non valet, sed contra, infra, ca. 13.
- 2 Furiosus quicquid agit ignorat.
- 3 Ampliatur hoc procedere, licet furiosus disponat ad suas causas.
- 4 Index debet sequi voluntatem patris.
- 5 Furiosus contractus non valet, sicut nec testamentum.
- 6 Vbi intellectus abest, ubi furor adest.
- 7 Testamentum vel alienatio furiosi non tenet, licet contrahens eum putet sana mentis.
- 8 Fideiusa praesumitur ex donatione, declarata ut infra, ca. 17.
- 9 Actus quod valeat in dubio debet interpretari.
- 10 Sana mentis quis in dubio praesumatur.
- 11 Alibi factus quando conuenit homini sana mentis, quis debet praesumi sana mentis.
- 12 Valery Adaxim locum vociferetur dicens, Roma fuisse in senatu approbatus testamentum dementis, cum fuisset rite conditum.
- 13 Actus gestus a demente si conueniat homini sana mentis, licet non probetur tempore celebrati actus fuisse sane mentis, alibi valet, & est verior & magis communis opinio.
- 14 Sana mens amissa non requiritur in homine disponente de rebus suis.
- 15 Ex donatione quando praesumatur furtus hic explicatur.
- 16 L. si furiosus, ff. de curat. furios. quomodo procedat, narratur.
- 17 Dementis quis non praesumitur ex denominatione facta a patre in testamento, etiam dari curato, nisi post mortem testatoris dictus curator confirmetur.
- 18 Pro decreto semper praesumitur.

Argumentum.

ACTVS gestus à furioso (si conueniat homini sanæ mentis) subsistit ex ve-

riori & cõmuniori opinione doctorum.

Et denominatio facta à testatore in testamento, quod quid sit sanus cum datione curatoris, nihil operatur, nisi post mortem testatoris dictus curator confirmetur.



PERSANTES de castro Gualdi Cantanorum Spoletane diocesis condidit testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit Franciscum eius filium, & casti, quo dictus Franciscus decederet sine filiis legitimis, & naturalibus substituit ei dominam Durezam, Clarissellam, & Theodoram, adiciens insuper in dicto testamento, quod dictus Franciscus non possit disponere de dictis bonis sine curatore, cum non sit sine mentis, moritur dictus Persantes, remanente dicto Francisco, qui donauit medietatem dictorum bonorum dictæ Theodora eius sorori, non obstante dicto fideicommissio, quo dicebatur non potuisse granari, quin saltem de legitima, & Trebellianica disponere possit, reseruauit tamē sibi quædam bona causa testandi, & vsu fructu.

Moritur dictus Franciscus sine filiis, & vnaquæque ex ipsis mulieribus, & sororibus dicti Francisci, petebat se admitti in possessione pro tertia parte dictorum bonorum, cum esset purificatum fideicommissum, dicta autem domina Theodora volebat præcipuam medietatem dictorum bonorum causa dictæ donationis, cui tamen donationi videbatur resillite testamentum dicti Persantis, in quo dedit ei curatorem, tanquam non sanæ mentis, fuit eubitatum quid iuris.

Pro dictis mulieribus contra dominam Theodoram primò faciebant, quæ scribit Bald. in §. item futiois. insti. quib. non est permiff. facer. testamen. quem sequitur Ias. in l. furiosissim. in §. limit. C. qui testamen. fac. poss. ubi dicitur, quod furiosus si non habens dilucida interualla, etiam quod rite testatus fuerit, eius testamentum non valet, inuicem etiam quod habeat dilucida inter-